



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Indulgentiis auctoritatem restituit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

rificis labe hæretica ortum ducit: maximeq; im- Indulgentiis  
auctoritatem  
restituit.  
 pij magistri condonationes ex Pontificia indul-  
 gentia in contemptum, & inuidiam, vocauerāt,  
 hoc enixius eas propugnādas sibi, efferendasque,  
 & ex merito magnificandas sumpsit Canisius.  
 Occasionem aperuit per æstatem à Pontifice Iu-  
 lio Iobelæum ad Mariam Boëmiæ Reginam Ma-  
 ximiliani cōiugem perlatum. Quod illa ad Col-  
 legium cum misisset, Canisius ritè Archipresby-  
 tero, & aliis ad quos pertinebat, obtulit, commē-  
 dauitque: tum de eorum sententia in germani-  
 cam linguam è latino sermone vt traduceretur,  
 typisque excuderetur, & exemplaria valuis Eccle-  
 siarum, & locorum sacrorum passim affigerētur,  
 curauit. Parochos admonuit, quid facto opus fo-  
 ret: rogauitque ne muneris suo deessent: qui sane  
 studiose rem susceperunt: diligenterq; sue quisq;  
 plebi promulgarunt, & commendarunt. Idem  
 qua dignitate quaque maiestate par erat, in con-  
 cionibus regiis vtilitatem, & vsum indulgentia-  
 rum exposuit, deplorans simul negligentiam, &  
 socordiam plerorumq; Germanicorum, qui hos,  
 & id genus alios diuinæ misericordiæ fontes tan-  
 tum non pro ludibrio haberent. Testabantur vi-

ri ætate graues nunquam se de dignitate, fructuum  
eorum donorum edoctos fuisse: & quid rerum  
essent, quid sibi vellent indulgentiæ, ad id locum  
funditus ignorasse. Nonnulli etiam, dum ea præ  
dicarentur, lacrymis temperare nequibant, cum  
suam nimiam priuatim, tum publicam tempo  
rum calamitatē miserantes, ac flentes, quod tan  
diu per scdam inscitiam, & impiam Hæreticorum  
fallaciam tot bonis fraudati essent, quæ non mo  
dò nõ vsurparētur, sed etiam indignissimè passim  
velut abiecta proculcarentur. Igitur hæc sedulo  
tas Canisij fecit, vt liberalitati Põtificiæ tam mu  
ti in præsens Viennæ de plebe, deque nobilitate  
animos panderent, quot nunquam post hæc  
sim ibi exortam.

*Obtruditur  
es Viennensis  
Episcopatus.*

Inter hæc absuuebatur laboribus, conficie  
batur zelo Domus Domini: sed nihil pupugit a  
crius maceravitque, quam suborta mox formi  
do, & angor animi, ne forte ab sua humilitate ac  
honorum splendorem eiiceretur. Degebat Vien  
næ sancti Stephani (ea est sedes Episcopi) Cano  
nicus, idemque Doctõr Burcardus Vondeberg  
Nouerçæ Canisij frater, homo opulentus. E viuis  
sublato, vti nuper memorauimus, Viennensi  
Episco-